

inhärire und nicht hinwegfallen könne, ohne den kirchlichen und klerikalischen Geist selbst zu zerstören. Zugleich wirst du daraus lernen und sehen, wie die jetzt gewöhnlichen Ausdrücke: „Officium divinum, canonicum pensum, Horæ canonicæ, Matutinum, Nocturnum, Diurnum officium, cursus u. s. f. schon in den ersten Jahrhunderten der Kirche Christi gewöhnlich waren.

(Fortsetzung folgt.)

Aus dem Psarrarchiv.

1. Eines Zehentpfarrers Testament.

Declaratio ultimæ voluntatis, quam serio cuperem observari et adimpleri post mortem. Licet enim verum testamentum non sit defectu requisitarum circumstantiarum a jure, quia tamen factum est ad pias causas et continet plerumque legata pia, spero omnino D. Executorem hujus, quicumque tandem erit, huic voluntati meæ se non oppositurum. Imprimis commendo animam Domino Deo conditori et Redemptori suo, qui eam mihi dedit pro beneplacito suo et eam rursus pro libitu, et quandocumque et quomodocumque voluerit, avocare poterit, qui, ut spero, mihi dabit gratiam, ut eam consuetis Ecclesiæ sacramentis et aliis mediis possim ei reddere gratam et acceptam. Corpus autem contempnibile et inutile pondus sacerdotis tamen indigni volo

tumulari in P. . . ad ecclesiam s. Bartholomæi et quidem in vestibulo templi, i. e. ante et extra portam Ecclesiæ, (supposito quod ille locus sit sacer, æque ac ipsa ecclesia, de quo non dubito, cujus indignus valde et inutilis servus fui, partim ob negligentiam in rebus divinis ad missam, partim ob aliam naturalem ineptitudinem. ¹⁾)

Bonorum autem externorum, quæ benignissimus Deus pro famulatu suo utenda mihi concessit, hæredes denomino duas ecclesias in P. et B. ut in mea bona relicta æqualiter succedant, persolutis legatis debitis et aliis expensis, occasione morbi vel funeris faciendis, quæ bona, si pro ambabus ecclesiis simul sumta, post mortem meam se extenderint minimum ad 300 florenos, cuperem omnino, ut annuatim 10 floreni a duabus simul sumtis ecclesiis exponantur pro minervali (Schulgeld) pauperum puerorum frequentantium scholas: ita ut 5 pueri in P. et quinque pueri in B. a vicario hujus loci eligantur, qui sint bonæ spei et indolis honestorum parentum ex hac parochia, et qui non sint triviales mendici, egentes tamen, ut minervali pro filiis scholas frequentantibus non sint solvendo. Mendicos hos præcise de causa excludo, ne sub hac spe in istis locis se detineant indeque parochianos gravent. ²⁾)

Quodsi tamen D. Executori hujus ultimæ voluntatis meæ ex justa causa videretur prædicta summa pro 10 pueris nimis tenuis et modica, posset minui numerus puerorum, equidem econtra cuperem augeri.

¹⁾ Der alte Pfarrer nannte sich servus nicht dominus parœciæ, und thut auch darnach.

²⁾ Damals müssen die Bettelente andern Sinns gewesen sein; heut zu Tage würden sich wohl wenige beschwären an einem Orte aufhalten, weil sie Aussicht haben, ihre Kinder umsonst in die Schule schicken zu können.

Casu, quod post mortem meam amplior obtingeret ecclesiis hæreditas, pauperibus in die depositionis meæ distribuuntur 30 floreni: in die autem 7. et 30. solis pauperibus in P. et B. iterum distribuuntur 20 floreni, ut Dominum Deum illis diebus ad exequias meas diligenter deprecentur pro anima mea, si tamen D. Executori melius videbitur, poterit ultimis pauperibus distribui triticum, i. e. frumentum, si est ad manus.

Ecclesiæ P. . . ensi singulariter lego 100 florenos, ut inde pro anima mea anniversarius celebretur, id est una missa, quæ antea e cathedris denuntianda est. Pro cuius executione dentur domino Vicario 45 cruciferi et ludirectori 15., in illa autem die anniversarii distribuuntur in pauperes 50 kr., per tutorem ecclesiæ, cui pro labore competant 10 kr. ¹⁾

Hac die, i. e. 1. Dec. 1701, recordor, me anno 1649 et 50, dum eram Græcii in studiis, a celebri monasterio Monialium ordinis s. Claræ ad portam Muræ sito uno et sesquialtero anno, quo erat magna annonæ caritas, cum aliis paucis pauperibus studiosis quotidianum victum habuisse respectu aliorum locorum valde honestum, in recognitionem ergo hujus magni beneficii et aliqualem compensationem prænotato celebri monasterio Monialium s. Claræ lego 100 florenos. ²⁾

Sorori meæ, quæ in rebus œconomicis et aliis quibuscumque, quamdiu indignus sacerdos fui, mihi fide-

¹⁾ Gegenwärtig trägt's gerade die Hälfte und der tutor ecclesiæ quittirt alljährig über 5 fr.

²⁾ Da werden die guten Frauen geschaut haben! Wo etwa jezt das Geld ist? Auf wie viele h. Gaben der Liebe und des Dankes hat das Klösterverschlingende Raubthier seine grausame Tase gelegt! — Auch Bettelstudenten zahlen, man muß ihnen nur Zeit lassen.

lissime servivit, ut jam pridem meruisset dotem magis amplio-rem, si jungi voluisset matrimonio et res meae tulissent, quia vero matrimonio praelegit coelibatum, quo in magnum commodum cessit mihi et parenti, lego illi 150 florenos, extra illud, quod jam accepit a me: praeterea maneat ipsi soli domus emta in W - - g, ad haec relinquatur ei omne linum et fila praesentia, item vasa aliqua culinaria et alia pro usibus domesticis, instrumenta aliqua filatoria (*Spinnrocken*) et alia, quae sunt minoris momenti, ne pro inhabitanda domo aliqua suppellectilia emere teneatur, dein et ipsa soror mea habet aliqua in domo parochiali, quae de jure ad eam pertinent, uti sunt lectus in superiori hypocausto, avita viridis cista, quae omnia ei relinquenda sunt. ¹⁾

Fratri meo uterino, i. e. fabro ferrario in Eberschwang, lego 100 florenos, qui non indigne ferat, quod legatum sororis majus sit, haec enim pluribus titulis non tantum de me, quam de ipso fratre merebatur, cujus onus et obligatio in sustentando parente et educandis liberis suis tam per me quam sororem meam, qua invita difficulter fieri potuisset, certe plurimum alleviata est. ²⁾

Famulis et ancillis praeter competens salarium detur aliqua valde honesta additio, prout D. Executori placuerit, inter eos numeretur mea cognata; meo judicio 35 fl.

1) Für seine Schwester sorgt er gut und er thut recht, aber zum Universalerben setzt er die Kirche ein, und da hat er rechter. Der umgekehrte Stil hat der Kirche einen harten Schlag versetzt. — Die avita viridis cista wird wohl der Mutter Brauttruhe gewesen sein, die sie wieder von der Mutter ererbte, sorglich gefüllt mit Linnen und Flachs, dem Werk der fleißigen Hände.

2) Wahrscheinlich erfuhr er es auch, daß der geistliche H. Bruder, so viel er auch gibt, in der Regel immer zu wenig gibt.

Libri mei exceptis Germanicis vel aliis, quos duo uterini fratres et soror mea appetere possent, pertineant ad patres Capucinos Welsenses, ut pro anima mea certum numerum Missarum persolvant, quoad fieri potest, qui tamen numerus debet esse tantus, ut secundum communem computandi modum correspondeat justo pretio librorum; cupio enim, ut hoc tenue legatum iis potius sit favorabile, quam onerosum, si centum missae pro anima legantur, quam primum fieri potest, (quod unice desidero), forem contentus; si tamen laudabilis consuetudo hujus provinciae et conscientia priorum plus vel minus dictaverit, ei me cuperem conformare nec a communi via multum aberrare. ¹⁾

Quia frater meus uterinus faber ferrarius p. m. jam fatis concessit, 100 floreni, quos ipsi legavi, distribuantur inter relictas proles ipsius, i. e. filium et tres filias.

Hodie, 9. Jan. 1701, unice desidero, ut 50 floreni exponantur post mortem meam pro centum missis legendis pro anima mea, quam primum fieri potest, 20 fl. tradantur P. P. Capucinis in Wels, 10 Fl. D. Perlacher et 10. D. Pecher.

Hac die, i. e. 17. Sept. 1701, statuo pro ultima mea voluntate, ut post mortem meam 3 filiabus lanionis in M. . n., cognatis meis et Neptibus fratris mei defuncti,

¹⁾ Wo etwa die Bücher ihre Bestimmung erreicht haben? Mir schwant, sie haben auch gleich vielen andern, Käse gerochen. Die Wirthschaft mit den Büchern mancher Priester nach ihrem Tode ist herzwelthwend u. jedem zu rathen, sie lieber noch bei Lebzeiten irgend einem Institute zu schenken, wo er doch hoffen kann, daß sie genützt werden. Andern machen sie weniger Sorgen. (Ein Nachfolger des Testators hinterließ bei seinem Abtritte von der Pfarre nichts als — ein Recept gegen die Cholera)

quae per aliquos annos in meo servitio fuerunt, praeter illud, quod de jure illis debetur, dentur Catharinae 20 fl., Mariae 15 fl., Reginae 15, qui simul sumti faciunt 50 fl.

Quia dilectus parens meus ante me fatis concessit, ideoque legatum ipsius alii fini applicari potest, volo, ut 300 fl. hospitali pauperum O - - o tradantur, ut modici pauperes, qui singulis septimanis pro hebdomadali sustentatione huc usque singuli tantum 7 kr. 2 pf. receperunt, in posterum aliquid amplius habere possint, reliqui 100 fl. cedant duabus praedictis ecclesiis, quae in bona mea reliota persolutis legatis et reliquis necessariis aequaliter succedant. ¹⁾

Volo, ut mors mea intimetur variis confraternitatibus, quibus ego indignus associatus fui, nimirum confraternitati s. s. Rosarii in Lambach, confraternitati perpetui Rosarii, vi cujus pro moribundis una hora per annum orandum, exercitae in Salzburg, item confraternitati novae erectae in Plain extra Salisburgum, ubi pro quovis incorporato legendae sunt duae missae: tandem novae confraternitati cincturatorum (sic) erectae in Auroldmünster et cuius harum confraternitatum tradantur 3 floreni, qui simul sumti faciunt 12 fl., item sacerdotum congregationi in Straubing 3 fl. ²⁾

¹⁾ Das war ein freundlicher Nachbar, der nachdem er für die Seinen gesorgt, ohne Verpflichtung auch des Nachbarhauses gedenkt.

²⁾ Hu, welch' ein Betbruder! Und diese Verbindungen mit dem Auslande, wie staatsgefährlich! Geld geht auch noch dadurch aus dem Lande! Wir Priester rathen und haben wenigstens nichts dagegen, wenn unsere Pfarrkinder in Bruderschaften treten, wäre eine Verbrüderung zum Gebete und Memento für die Verstorbenen nicht auch für uns angezeigt? Greifen wir nur um ein Jahrhundert zurück und wir finden eine Menge Dinge, die auch für uns nicht zu verachten wären.

Ratione legati Hospitali Offe - - o facti, de quo supra mentio fit, non potest multum dari hebdomadatim cuivis pauperi hospitalis illius de solito interesse, quod importat capitale 300 fl, ideoque augmentum prioris solitae pecuniae, quod antea acceperunt, parum adverterent, vellem proinde, ut quivis pauper ex novo Interesse, quod per annum importabit 15 fl., acciperet octies in anno certis temporibus pro una vice unum solidum i. e. $7\frac{1}{2}$ kr. vel 10 kr. pro majore vel minore numero pauperum, v. g. si essent 15 pauperes, posset quivis eorum per annum accipere unum florenum, sc. ad novum annum 1 sol., ad festum purificationis 1 sol., ad festum Paschae 1 sol., ad festum Pentecostes 1 sol., ad festum Assumptionis b. M. V. 1 sol., ad festum s. Michaelis 1 sol., ad festum s. Martini 1 sol., et tandem ad festa Natalitia 1 sol. Si autem hospitales essent pauciores quam 15, posset cuivis illorum praedictis vicibus proportionaliter plus dari. ¹⁾

Post mortem meam mittatur quam primum proprius nuncius cum schedis ad loca congregationum, quibus incorporatus fui, ut sine ulla dilatione missae celebrentur. ²⁾

Sebastianus Leithner,

Vicarius indignus

in P . . et B . .

¹⁾ Man sieht, es liegt ihm daran, es ist ja das, seinem Vater bestimmte Legat, und er will es gut verwendet wissen.

²⁾ Heut zu Tage könnte dazu der elektrische Telegraf verwendet werden, wenn man nur wüßte, wohin man telegrafiren soll.

(Schluß folgt.)
